IV.

Quanta sit, ô Peramande! *Tibi vis docta loquendi,*
& quantum valeas Artibus in Sophicis;
Jam constat multis, pariter dum pluribus adfers
Thejologi Specimen, nec Rationis opus.
Unde, nec invideo, Te præstas, Numine grato,
Talem, quem merito patria chara cupit:
Illi gratus eris, quæ præmia nectit amœna,
quo studiis tribuat pinguia pensa Tuis.
Verum, quod supereſt, ut sic floreſcere pergas,
apprecor, & meritis gratulor hisce Tuis.
Denique quod poterit rerum prodesse, benigne
Suppeditet summi Gratia larga DEI.

Hoc monumentum ponebat Exoptatissimo quondam suo Homocapno & Contubernali in perpetuam Sui & Amicitiæ cultæ memoriam

CHRISTOPH. AUG. LÆMMERMANNUS,
Jurium Stud.

Coll. diss. A. 222, misc. 9

Sächsische Landesbibliothek – Staats- und Universitätsbibliothek Dresden
http://digital.slub-dresden.de/ppn327517379/36
gefördert von der Deutschen Forschungsgemeinschaft DFG